

OFFICIA PROPRIA
ADMINISTRATURÆ APOSTOLICÆ
PRO
BURGENLAND
PARS VERNA

Die 15 Martii

S. Clementis Mariæ Hofbauer
Confessoris
Duplex

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo eum * viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio

Deus, qui beátum Clementem Mariam miro fidei róbre et invictæ constántiæ virtúte decorásti: ejus méritis et exémpis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et caritate fervéntes; ut præmia consequámur æterna. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

In I Nocturno Lectiones Beátus vir, de Comuni Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Clemens Maria Hofbauer Tassovítii in Morávia natus, a prima ætate in schola

Propr. Burgenl. P. Verna

christiánæ perfectiónis eruditus est; magistra potíssimum religiosíssima matre, quæ puérulum post patris óbitum osténsa Christi Dómini e cruce pendéntis imágine sic allocúta fertur: En fili, qui hinc in pósterum tibi futúrus est pater; cura, ut per eam, quæ ipsi placet, viam incédas. Adoléscens pistóriam artem dídicit; sed ad majóra se vocári præsentiens cœpit inter laboriósæ artis exercítium ad stúdiium incúmbere litterárum. Bis Romam pedes ad límina Apostolorum peregrinátus est, bis étiam rerum cælestium contemplatióni libérius vacatúrus in erémum secessit. Verum Deo illum ad altióra vocánte intermissa litterárum stúdia in Vindobonénsi Universitáte repétiit, navitérque prosecútus est; donec ex purióre fonte sacras disciplinas haústurus, Romam tértium remigrávit. Ibi in sancti Alfónsi familiam singulári Dei providéntia cooptátus est, quam ipsíus ópera in díssitas regiões propagátum iri sanctus idem Pater

Hinc rex minatur funera,
Hinc tortor infert vulnera,
Manus ligantur funibus,
Artus cremantur ignibus.

Sed hæc Joannes despicit,
Nec regis iram respicit,
Secrèta non vult pandere,
Horret sigillum frangere.

Stat mutus agnus innocens,
Nil de tegendis proferens:
Stat; dumque rex nil elicit,
E ponte justum dejicit.

Præcep̄s ab alto sternitur,
Undis profundis mergitur:
Mersum sed applaudentibus
Undæ salutant ignibus.

Stellæ natant in flumine,
Illi parentant lumine,
Docetque cæli claritas
Quæ sit Joannis caritas.

Da, sempiterna Trinitas,
Ut in bono sit firmitas:
Aut lacrimarum flumina
Mergant cadentum crimina.

Amen.

V. Sacramentum regis abscondere bonum est, allelúja.
R. Opera autem Dei revelare honorificum, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Dedit mihi Dominus linguam mercèdem meam: et in ipsa laudabo eum, allelúja.

Oratio

Deus, qui ob invictum beati Joannis sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam martyrii corona decorasti: da; ut ejus exemplo et intercessione, ori nostro custodiam ponentes, beatis, qui lingua non sunt lapsi, annumeremur. Per Dominum.

Et fit Gommemoratio præcedentis:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terrèna, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu, allelúja.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, allelúja. R. Et ostendit illi regnum Dei, allelúja.

Oratio

Deus, qui, ad christianam pauperum eruditionem et ad juventam in via veritatis firmendam, sanctum Joannem Baptistam Confessorem excitasti, et novam per eum in Ecclesia familiam collegisti: concede propitius; ut, ejus intercessione et exemplo, studio gloriæ tuæ in animarum salute ferventes, ejus in cælis coronæ participes fieri valeamus. (Per Dominum.)

Deinde Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf.:

Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum, allelúja.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, allelúja. R. Stollam gloriæ induit eum, allelúja.

Oratio

Auxilium tuum nobis, Domine, quæsumus, placatus impende: et, intercessione beati Ubaldi Confessoris tui atque Pontificis, contra omnes diaboli nequitas dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum.

Completorium de Feria.

OFFICIA PROPRIA
ADMINISTRATURÆ APOSTOLICÆ
PRO
BURGENLAND
PARS AUTUMNALIS

Die 2 Septembris

S. Stephani

Regis, Confessoris

Duplex majus

Omnia ut in Breviario, mutato
ritu.

Die 12 Octobris

In Ecclesiis consecratis territorii
Burgenland

In Anniversario

Dedicat. Ecclesiarum

Duplex I classis cum Octava
communi

Omnia ut in Breviario de Com-
muni Dedicationis Ecclesiae.

In II Vesperis fit Commemora-
tio sequentis et S. Eduardi Regis,
Conf., ut infra.

Die 13 Octobris

S. Colomanni

Martyris

Duplex majus

V. Glória et honóre coro-
násti eum, Dómine. R. Et
constituísti eum super ópera
mánuum tuárum.

Ad Magnif. Ant. Iste Sanc-
tus * pro lege Dei sui certávit

usque ad mortem, et a verbis
impiórum non tímuit; fundá-
tus enim erat supra firmam
petram.

Oratio

Præsta, quæsumus, omni-
potens Deus, ut, inter-
cedente beáto Colomân-
no Mártire tuo, et a cunctis
adversitatibus liberémur in
cópore, et a pravis cogitatió-
nibus mundémur in mente.
Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Eduar-
di Regis, Conf.:

Ant. Similábo eum viro sa-
piénti, qui ædificávit domum
suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et
ornávit eum. R. Stolum gló-
riæ induit eum.

Oratio

Deus, qui beátum regen-
Eduárdum, Confessóre
tuum, æternitátis glória c
ronásti: fac nos, quæsum
ita eum venerári in terris,
cum eo regnâre possimus
cælis. Per Dóminum nostrum

Lectio v

Quotidiánæ fratris vexatió-
ni crebra ipse jejúnia, fla-
gella, aliósque insóntis cor-
púsculi cruciátus adjiciens,
lethálem in morbum incidit.
Quo ingravescénte, cum dá-
monem horréndi canis spécie
insiliéntem signo crucis ter
fugásset, sacrum Viáticum,
quod in hærética domo de-
cumbens frustra ab homíni-
bus petébat, ab Angelis ac-
cépit. Mox ad púeri Jesu
compléxum a beatíssima ejus
Matre cómiter admíssus, ac
Societáti jussus nomen dare,
súbito conváluit. Sed cum
áditum ad illam patris timor
in Germánia præclúderet,
peregríni hábitu, solus, pe-
des, mendícus fugam árripit,
certus non sístere, nisi voti
compos fiat. Iter non uno
Dei beneficio próspere fuit.
Nam præter ália, Pauli pró-
fugum fratrem jam assequén-
tis equi, immisso divínitus
torpóre, constitérunt; et
Stanisláus Angelórum pane
íterum angélico ministério
reféctus, post duodécies cen-
téna pássuum míllia, tandem
Romæ in Societátem Jesu a
sancto Francíscó Bórgia ge-
neráli præpósito méruit coop-
tári.

R. Amávit eum Dóminus,
et ornávit eum: stolam gló-
riæ índuit eum, * Et ad por-
tas paradísi coronávit eum.

V. Índuit eum Dóminus lo-
ricam fidei, et ornávit eum.
Et.

Lectio vi

Tirónis emériti virtútes in
religiósæ vitæ palæstra
splendídius eluxére; cáritas
præsértim erga Deum, in
quem assídue alienáta a sén-
sibus mente rapiebátur. Inde
illi fácies semper accénsa,
nonnúnquam rádians, perén-
nes lácrimæ; ardor pectoris
tantus, ut média quoque hie-
me foret ingésta idéntidem
gélida temperándus. Itaque
amóre vérius quam feбри
æstuans, die assúptæ in
cælum Vírgini sacro, ad ejus
triumphálem pompam pró-
pius, ut optáverat, spectán-
dam, ab ipsa beatárum Vír-
ginum choro stipáta vocátus
est ex Quirináli domo pro-
batiónis, anno innocéntis vi-
tæ décimo octávo, óperum
plénior quam diérum. Multis
post óbitum miráculis in sua
præsértim Polónia enítuit;
cujus armis contra formidá-
biles Turcárum exercitus
spectábilis e cælo ádfuit non
semel, et civitátes álias pe-
ste, álias incéndio liberávit.
Quam ob rem Clemens déci-
mus eum inter primários to-
tius regni Patrónos constí-
tuit; Benedíctus vero déci-
mus tértius (quod a Cleménte
undécimo jamprídem fúerat
decrétum) in Sanctórum nú-
merum réttulit.

R. Iste homo perfécit óm-
nia quæ locútus est ei Deus,
et dixit ad eum: Ingrédere in
réquiem meam: * Quia te
vidi justum coram me ex óm-

OFFICIA PROPRIA
ADMINISTRATURÆ APOSTOLICÆ
PRO
BURGENLAND
PARS HIEMALIS

Die 4 Decembris

S. Barbaræ

Virg. et Mart.

Duplex

Ant. Veni, Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

V. Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna.

Oratio

Deus, qui inter cetera poténtiæ tuæ miracula étiam in sexu fragili victóriam martýrii contulisti: concéde propítius; ut, qui beátæ Bárbaræ Virginitis et Mártiris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct.:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Petre Chrysóloge, divínæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

Propr. Burgenl. P. Hiem.

V. Amávit eum Dóminus ornávit eum. **R.** Stolam riæ índuit eum.

Oratio

Deus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divínus præstrátum, ad regéndam et struéndam Ecclésiám tuá éligi voluisti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. (Per Dóminum.)

Postea Commemoratio Feriæ

In II Nocturno

Lectio iv

Bárbara nóbilis génere, se fide et religióne nobilior, quasi lúCIFER refúlgens in médio nébulæ, Nicomedíæ de paréntibus gentilibus procéssit. Quam pater Dióscorus in turrim inclúsam et ab ómnium óculis seclúsam asservábat. Ubi Bárbara, multa secum pie ac religióse meditáta, tanto in christiánam religiónem servandámque virgi-

gis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divinitus præmonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiám tuam éligi voluísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Feriæ.

Postea Commemoratio S. Sabbæ Abb.:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Oratio

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Sabbæ Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

APPROBATIO

Concordat cum originalibus approbatis.

Sauerbrunn, die 22 Februarii 1940

DR. J. KÖLLER

Provicarius

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 9 Aprilis 1940

v. n.

DR. DOEBERL

Ratisbonæ, typis Friderici Pustet 1940

Printed in Germany

Die 1 Maji
IN SOLLEMNITATE
S. JOSEPH OPIFICIS
SPONSI BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
CONFESSORIS

Duplex I classis

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea quæ hic habentur propria.

IN I VESPERIS

Ant. 1 Deus, mundi ópifex, * pósuit hóminem ut operarétur et custodíret terram, allelúja.

Psalmi de Dominica, sed loco ultimi dicitur Psalmus 116
Laudáte Dóminum, omnes gentes.

2 Christus, Dei Fílius, * mánibus suis operári dignátus est, allelúja.

3 Artem fabri * fidéliter exércens sanctus Joseph, labóris mirábile refúlget exémplar, allelúja.

4 Fidélis servus * et prudens, quem constitúit Dóminus super famíliam suam, allelúja.

5 Joseph, ópifex sancte, * ópera nostra tuére, allelúja.

Capit. Col. 3, 14-15

Fratres: Caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis, et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, et grati estóte.

Hymnus

Te, Joseph, célebrent ágmina cælitum,
Te cuncti résonent christiádum chori,
Qui clarus méritis, junctus es ínclitæ
Casto fœdere Vírgini.

Almo cum túmidam gérmine cónjugem
Admírans, dúbio tängeris ánxius,
Afflátu súperi Fláminis Angelus
Concéptum Púerum docet.

Tu natum Dóminum stringis, ad éxteras
Ægýpti prófugum tu séqueris plagas;

DECRETUM

Instituto a Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII, die primo Maji anni millesimi nongentesimi quinquagesimi quinti, festo sancti Joseph Opificis, opificum Patroni, reliquum erat liturgicos parare textus in Missale et Breviarium Romanum inducendos. Hos itaque textus, a speciali Commissione diligenter compositos et approbationi Summi Pontificis subjectos, prout hic publici fiunt juris, hæc Sacra Rituum Congregatio in posterum ab omnibus qui ritui Romano adstricti sunt, die primo Maji, in festo S. Joseph Opificis, sub ritu duplicis primæ classis recolendo, adhibendos esse præcipit; translato in perpetuum festo Ss. Apostolorum Philippi et Jacobi in diem undecimum mensis Maji, tamquam in sedem propriam. In lectione autem quarta ejusdem festi omittantur verba: «Kalendis Maji»; lemma Martyrologii Romani quo de Ss. Apostolis Philippo et Jacobo agitur, ponatur primo loco eodem die undecimo Maji. Sollemnitatis vero S. Joseph, quæ hucusque celebratur feria IV post Dominicam II post Pascha, abolita habeatur; et titulus «Ecclesiæ universalis Patroni», qui dictæ Sollemnitati adjungebatur, festo principali S. Joseph diei 19 Martii in posterum adnectatur.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII relatis, Sanctitas Sua benigne Officium et Missam in honorem S. Joseph Opificis, necnon variationes supradictas approbare dignata est.

Die 24 Aprilis 1956.

L. † S.

C. Card. CICOGNANI *Praefectus*

† A. Carinci *Archiep. Seleuc., Secretarius*

APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Ratisbonæ, die 14 m. maji 1956

J. BALDAUF

Vic. gen.

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet

Printed in Germany

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 9 Aprilis 1940

v. n.

DR. DOEBERL

APPROBATIO

Concordat cum originalibus approbatis.

Sauerbrunn, die 22 Februarii 1940

DR. J. KÖLLER

Provicarius

Die 31 Maji

BEATÆ MARIÆ VIRGINIS REGINÆ

Duplex II classis

Omnia de Communi Festorum B. Mariæ Virginis, præter ea quæ hic habentur propria.

IN I VESPERIS

Capit. *Eccli. 24, 5 et 7*

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogénita ante omnem creaturam: ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.

Prima stropha sequentis Hymni dicitur flexis genibus.

Hymnus

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,

Nos, culpis solútos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut, vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus.

Amen.

V. Salve, Regina misericórdiæ. (T. P. Allelúja.) R. Ex qua natus est Christus, Rex noster. (T. P. Allelúja.)

*Ad Magnif. Ant. Beáta quæ credidísti, * quæ dicta sunt tibi a Dómino: cum Christo regnas in ætérnum. (T. P. Allelúja.)*

Oratio

Concède nobis, quæsumus, Dómine: ut, qui sollemnitátem beátæ Mariæ Vírginis Reginæ nostræ celebrámus; ejus munítí præsidio, pacem in præsentí et glóriam in futúro cónsequi mereámur. Per Dóminum nostrum.

Completorium de Dominica.

APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Ratisbonæ, die 5 Augusti 1955

v. n.

JOSEPH MEINDL

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet

Printed in Germany

Die 31 Maji

BEATÆ MARIÆ VIRGINIS REGINÆ

Duplex II classis

Omnia de Communi Festorum B. Mariæ Virginis, præter ea quæ hic habentur propria.

IN I VESPERIS

Capit. Eccli. 24, 5 et 7

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogénita ante omnem creaturam: ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.

Prima stropha sequentis Hymni dicitur flexis genibus.

Hymnus

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
Inter omnes mitis,

Nos, culpis solutos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut, videntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus.
Amen.

V. Salve, Regina misericordiae. (T. P. Allelúja.) **R.** Ex qua natus est Christus, Rex noster. (T. P. Allelúja.)

Ad Magnif. Ant. Beata quæ credidisti, * quæ dicta sunt tibi a Domino: cum Christo regnas in ætérnum. (T. P. Allelúja.)

Oratio

Concède nobis, quæsumus, Dómine: ut, qui sollemnitatem beátæ Mariæ Vírginis Reginæ nostræ celebrámus; ejus munítí præsidio, pacem in præsentí et glóriam in futuro cónsequi mereámur. Per Dóminum nostrum.

Completorium de Dominica.

V. Maria Virgo caelos
ascendit. (T. P. Alleluia.)
R. Cum Christo regnat in
caelorum. (T. P. Alleluia.)

Ad Mariam. Ant. Beata
Mater * et intacta Virgo
Maria, gloriosa Regina
mundi, intercede pro no-
bis ad Dominum. (T. P.
Alleluia.)

APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Ratisbonæ, die 5 Augusti 1955

v. n.

JOSEPH MEINDL

ELOGIUM MARTYROLOGIO INSERENDUM

Die 31 Maii, loco

Festum beatae Mariae Virginis Reginae.

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet

Printed in Germany

Die 27 Junii

SANCTÆ HEMMÆ

Viduæ, fundatricis Ecclesiæ Gurcensis.

Duplex I. classis.

(Pro ceteris Austriæ Dioec. dupl. minus.)

Omnia de Communi non
Virginum præter ea, quæ hic
habentur propria.

In I Vesperis

Capit. Prov. 31, 10—11

Mulierem fortem quis,
invéniet? Procul et
de últimis fínibus prætium
ejus Confidit in ea cor
viri sui, et spóliis non
indigébit.

H y m n u s

Christi sequáces páu-
peris
Adéste: Christi glóriæ
Opes sacráre spléndidas
Suétam canámus fémi-
nam.

Dies recúrrit cándida,
Qua sese in astra púrior,

Acérba post discrimina,
Hemmæ recépit spíritus.

Viro supérstes óptimo,
Diréque cæso filio,
Opíma quæque amplís-
simæ

Domus dicárat Númini.

Hinc mente curis nóxiis
Sic expedita, in córpore
Dure subácto gaúdiis
Frui beátis cœperat.

Cum quod petébat pér-
pete

Cordis geméntis ímpetu,
Illáta cælo céntuplex
Cepit labórum præmium.

Quo sustulisti dívitem
Virtútis auctor féminam,
Ejus rogátu téndere
Fac nos per arctam sé-
mitam.

11

Concordat cum originali apposto.

1918

1918

1918

Die 3 Septembris

S. PII X PAPÆ ET CONFESSORIS

Duplex (m. t. v.)

IN I VESPERIS

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacerdos et Póntifex, * et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Oratio

Deus, qui ad tuendam catholicam fidem, et universa in Christo instauranda sanctum Pium, Summum Pontíficem, cælesti sapientia et apostólica fortitudine replevisti: concede propítius; ut, ejus instituta et exémpia sectantes, præmia consequámur æterna. Per eúndem Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio præcedentis:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Concéde, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, omnipotens Deus: ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, propugnatórem habére mereátur gloriósum in cælis. Per Dóminum nostrum.

In II Nocturno

Lectio iv

Pius Papa décimus, cui nomen ántea Joséphus Sarto, in Venetórum pago natus est, quem Riése vocant, paréntibus quidem humílibus, sed probitate ac pietate conspicuis. Inter seminárii Patavíni alumnos adscríptus, ita pietate ac doctrína profécit, ut condiscípulis exémplo, moderatóribus admiratióni esset. Sacerdotio initiátus, in óppido Tómbolo primum, qua vicárius cooperátor, dein Salatiáni qua párochus, per plures annos adlaborávit; quibus in obeúndis munéribus, tanta caritátis ef-

URBIS ET ORBIS

Sancti Pii X Papae et Confessoris sollemnibus Consecrationibus in
ante Basilicam Vaticanam die 29 Martii Anno Marialis 1924 pe-
nata, quam plurimas Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Archi-
episcopis et Episcopis, una cum ingenti fidelium concursu, ex dis-
tinctis quibus regionibus adstantibus, fides etiam a secuta sunt tra-
nsmittunt, dum Deus humilium susceptor, ad exaltationem servi-
sui infatigabiliter disposuit. Invasisset interea in multorum Ordi-
natorum animis ardens studium ad huc operanti ut novissimis
sancti festum totius Ecclesiae communitate efficeretur, quod iam non-
nullis in locis liturgico cultu celebrabatur. Quare sanctissimus Do-
minus noster Pius Pius XII, tunc omnium Catholicorum Archiepiscoporum
et Episcoporum, nec non et Religiosorum Familiis
tunc vobis libenter excipiens, Sancti Pii X Papae et Confessoris
festum ad universam Ecclesiam extendere benignus dignatus est,
die tertio mensis Septembris quotannis sub ritu duplici, iuncto cum
Officio et Missa propria et approbata, cui in superioribus program-
matibus, recolerentur, servatis Ritibus. Constat non obstantibus
vobis quibuscunque.

Die 1 Martii anno 1927

E. Card. GIOVANNI PASCATI

† A. CANTUARIENSIS. Sacerdos, a secretis

IMPRIMATUR

Ratisbonae, die 30 Aprilis 1927

J. BALDARI

Vic. gen.

Ratisbonae, sumptibus et typis Friderici Pustet
Printed in Germany

nibus g ntibus. *V.* Iste est, qui cont mpsit vitam mundi, et perv nit ad c lestia regna. Quia. Gl ria Patri. Quia.

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii sec ndum Matth um

Lectio vii Cap. 19, 13-21

In illo t mpore: Oblati sunt Jesu p rvuli, ut manus eis imponeret. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi

In Psalm. 118

Quid p rvulus, nisi humilis? H c sunt mirabilia testimonia tua, D mine, qu  scrutata est anima p rvuli hujus: et ideo invenit, quia humiliatus est, et p rvulus factus est. Quis enim facit mandata tua, sicut facienda sunt, id est ex fide, qu  per dilectionem Dei operatur, nisi ejus in corde per Spiritum Sanctum ipsa dilectio diffundatur? Hoc etiam iste p rvulus confitetur. Os meum, inquit, aperui, et attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Quid desiderabat, nisi facere mandata divina? Sed non erat unde faceret infirmus fortia, et p rvulus magna. Aperuit os, confitens quod per se ipse non faceret, et attraxit unde faceret.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit D minum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium

populorum. *V.* Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii

Junior sum ego, inquit, et contemptus: justificationes tuas non sum oblitus. Non sicut inimici mei, qui oblitus sunt verborum tuorum. Videtur autem minor aetate non oblitus justificationes Dei, dolere pro inimicis suis aetate majoribus, qui oblitus sunt. Nam quid est, junior ego non sum oblitus, nisi illi majores oblitus sunt? Sed contemptum se dicit hic junior; ideo factus est major: quia ignobilia et contemptibilia mundi eligit Deus, et ea qu  non sunt, tamquam sint, ut ea qu  sunt, evacuentur. Et ecce sunt novissimi, qui erant primi, et primi, qui erant novissimi.

R. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. *V.* Vigilate ergo, quia nescitis quahora Dominus vester venturus sit. Et. Gloria Patri. Et.

Pro S. Didaco:

Lectio ix

Didacus Hispanus, ex oppido sancti Nicolai de Portu diocesis Hispalensis, ab ineunte aetate, pii sub sacerdotis disciplina, sanctioris vitae

APPROBATIO

Concordat cum originalibus approbatis.

Sauerbrunn, die 22 Februarii 1940

DR. J. KÖLLER

Provicarius

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 9 Aprilis 1940

v. n.

DR. DOEBERL

DE USU BREVIARII

JUXTA DIVERSITATEM OFFICII

I. Officium festivum.

Officium totum dicitur **proprium** vel de **Communi**.

Ad **Laudes, Horas minores et Completorium** dicuntur **Psalmi de Dominica** ut in **Psalterio**.

Ad **Primam**, loco Ps. **Grátias ágite**, dicitur Ps. **Deus, in nómine tuo**, ut in **Psalterio notatur**.

II. Officium ordinarium.

A. — In festis sem., dup., dupl. maj.

Ad Matutinum.

Invitatorium et Hymnus **de festo** — PROPRIUM VEL COMMUNE.

Psalmi cum suis antiphonis et versibus nocturnorum **de feria** — PSALTERIUM.

Lectiones I Nocturni cum suis responsoriis . . . **de Scriptura occurrente** — PROPRIUM DE TEMPORE (*)

Lectiones II et III Nocturni cum suis responsoriis **de festo** — PROPRIUM VEL COMMUNE.
Te Deum. (Etiam si nona lectio sit de homilia feriæ).

Ad Laudes et Vesperas.

Psalmi cum suis antiphonis **de feria** — PSALTERIUM.

Capitulum, Hymnus et V., Ant. ad Bened. vel Magnif., Oratio . . . **de festo** — PROPRIUM VEL COMMUNE.

Ad Primam.

Hymnus ut in **Ordinario**.

Psalmi cum sua antiphona **de feria** — PSALTERIUM.

Reliqua ut in **Ordinario**, sed

Lectio br. (capit. Nonæ) **de festo** — PROPRIUM VEL COMMUNE.

Ad Tertiam, Sextam et Nonam.

Hymnus ut in **Ordinario**.

Psalmi cum sua antiphona **de feria** — PSALTERIUM.

Capitulum et reliqua **de festo** — PROPRIUM VEL COMMUNE.

Ad Completorium.

Psalmi cum sua antiphona **de feria** — PSALTERIUM.

Reliqua ut in **Ordinario**.

(*) Leguntur tamen de festo (Prop. vel Comm.) quando lectiones de feria occurrente sunt de homilia Evang.

B. — In festis simplicibus.

Ad Matutinum.

- Invitatorium et Hymnus **de festo** — PROPRIUM VEL COMMUNE.
In unico nocturno, antiphonæ, novem psalmi (qui dicuntur continuo, omissis $\Psi\Psi$. I et II) et versiculus **de feria** — PSALTERIUM.
Lectiones I et II cum suis responsoriis **de Scriptura occurrente** — PROPRIUM DE TEMPORE.
Lectio III **de festo** — PROPRIUM VEL COMMUNE, Te Deum.

Ad reliquas Horas. Omnia dicuntur ut supra § A.

III. Officium dominicale.

Officium totum dicitur ut in PSALTERIO et PROPRIO DE TEMPORE.

Ad Primam, per annum, Ps. **Grátias ágite;**
a Septuag. ad Pascha, Pss. **Dóminus regnat** et **Exsultáte.**

IV. Officium feriale.

Officium totum dicitur ut in PSALTERIO et PROPRIO DE TEMPORE.

Ad Matutinum.

- Unicum Nocturnum cum novem psalmis et tribus lectionibus.
Lectiones cum suis responsoriis sunt
de feria . . . (**de Script. aut de Homil.**) — PROPRIUM DE TEMPORE.
In officio feriali « per annum » non dicitur **Te Deum.**

1 In Duplicibus ad Vesperas, Matutinum et Laudes **tantum**, Antiphonæ dicuntur ante Psalmos vel Cantica integræ, et post Psalmos vel Cantica integræ repetuntur.

In aliis Horis, et in officio non duplici, in principio Psalmi vel Cantici legitur Antiphona tantum usque ad asteriscum, deinde in fine integra dicitur.

2º Tempore Paschali, omnes Psalmi in officiis ordinariis, dominicalibus et ferialibus dicuntur sub unica Antiphona **Alleluia**, ut in Psalterio notatur.

3º Pro nona lectione « de homilia » sumitur **prima** ex lectionibus illius homiliæ (quæ est lectio VII respective lectio I Officii commemorandi: « Lécio sancti Evang... Homilia... »). Pro nona lectione « historica » legitur 1) de officio 9 lectionum commemorando: lectio contracta vel lectiones IV, V, VI (hæ tres tamquam una lectio cohærens, omissis responsoriis); 2) de officio 3 lectionum: lectio III.

De ordinatione singularum horarum

Ad Matutinum.

Pater, Ave, Credo.
† Dne, lābia mea...
† Deus, in adiutōrium...
Glória Patri... Sicut erat...
Allelúja **vel** Laus tibi...

Invitatorium **bis et dein altern. cum Ps.** Veníte.
Hymnus.

In singulis Nocturnis:

Ter in festis, dies in simpl. et in feriis { Antiphona.
Psalmus.
Glória Patri...
Antiphona (**integra semper**).

Versiculus.
Pater (**sine Amen**).
Absolutio.

Ter { Jube Dómine benedicere.
Benedictio.
Lectio.
Tu autem Dne...
Deo grátias.
Responsorium.

Post ultimam lectionem:
Te Deum, **nisi notetur Responsorium** (non vero Resp. homiliæ feriæ occurrentis).

Si contingat in recitatione privata separari Matutinum a Laudibus, post Te Deum dicitur:

Dóminus vobiscum...
Oremus: **Oratio ut ad Laudes (longa concl.)**.
Dóminus vobiscum...
Benedicámus Dómino...
Fidélium animæ...
Pater.

Ad Laudes.

Si separentur a Matutino, dicitur:
Pater, Ave.

secus, absolute incip.:

† Deus, in adiutōrium...
Glór. Patri... Sicut erat...
Allelúja **vel** Laus tibi...

Quinques { Antiphona.
Psalmus.
Glória Patri...
Antiphona (**integra semper**).

Capitulum. Deo grátias.
Hymnus.
Versiculus.

Antiphona ad Bened.
† Benedictus.
Glória Patri...
Ant. (**integra semper**).

Preces feriales, **si dicendæ sint.**

Dóminus vobiscum...
Oremus (**longa concl.**).

Commemorationes et suffragium, **si faciendæ:**
Antiphona.
Versiculus.

Oratio. Oremus **ante singulas orationes. Ultima tantum habet concl. et longam.**

Dóminus vobiscum..
Benedicámus Dno...
Fidélium animæ...

Si hic terminetur officium (alioquin in fine ultimæ horæ):

Pater noster...
Dnus det nobis suam pacem. Et...
Ant. conveniens B. M. V.
Versiculus.
Oratio (**brevis concl.**).
† Divinum auxiliium.

Ad Primam.

Pater, Ave, Credo.
† Deus, in adiutōrium...
Glór. Patri... Sicut erat...
Allelúja **vel** Laus tibi...

Hymnus.
Antiphona (**inchoatur tantum**).

In off. fest., nisi alia signetur, dicitur 1^a Ant. de Laudibus, et Ps. 53 loco Ps. 117.

Psalmi **ut in Psalterio, cum Gloria Patri.**
Antiphona (**integra semper**).

Capitulum: Regi...
(**in feriis: Pacem**...
Deo grátias.
R. br.: Christe...
V. Qui sedes... **interdum mutandus.**
V.: Exsúrge...

Preces, **si dicendæ sint.**

Dóminus vobiscum...
Oremus: Dne, Deus...
Dóminus vobiscum...
Benedicámus Dno...
V. Pretiósá.
Sancta María...

Deus, in adiutōrium...
(**ter**) etc. **ut in Ordinario usque ad:**

Lect. brev. (quæ est in festis Capitulum Nonæ).

Tu autem, Dne.. Deo gr.
† Adiutōrium nostrum...
Benedicite. Deus.
Dnus nos benedícat †...
Pater, **nisi addatur alia hora.**

**Ad Tertiam,
Sextam et Nonam.**

Pater, Ave.
† Deus, in adiutorium...
Glór. Patri... Sicut erat...
Allelúja **vel** Laus tibi...

Hymnus.
Antiphona (**inchoatur
tantum**).

In off. fest., nisi aliæ
signentur, dicuntur:
ad Tertiam: 2a de Lau-
dibus.
ad Sextam: 3a de Lau-
dibus.
ad Nonam: 5a de Lau-
dibus.

3 Psalmi **ut in Psalterio,
cum** Glória Patri...
Antiphona (**integra sem-
per**).

Capitulum. Deo grátias.
Respons. breve.
Versiculus.

Preces feriales, si dicen-
dæ sint.

Dóminus vobiscum...
Oremus (**longa conclu-
sio**).
Dóminus vobiscum...
Benedicámus Dno...
Fidélium ánimæ...
Pater, **nisi addatur alia
hora**.

Ad Vesperas.

Pater, Ave.
† Deus, in adiutorium...
Glór. Patri... Sicut erat...
Allelúja **vel** Laus tibi...

Quinquies { Antiphona.
Psalmus.
Glória Patri...
Antiphona (**integra
semper**).

Capitulum. Deo grátias.
Hymnus.
Versiculus.

Ant. ad Magnif.
† Magnificat.
Glória Patri...
Antiphona (**integra sem-
per**).

Preces feriales, si dicen-
dæ sint.

Dóminus vobiscum...
Oremus (**longa conclu-
sio**).

Commemorationes et suf-
fragium, **si facienda
sint**:
Antiphona.
Versiculus.

Oratio. Oremus **ante
singulas orationes. Ul-
tima tantum habet
conclusionem et lon-
gam**.

Dóminus vobiscum...
Benedicámus Dno...
Fidélium ánimæ...
Pater, **nisi sequatur
Completorium**.

Ad Completorium.

Absolute incipitur:
Jube Dómine benedicere.
Noctem quietam...
Lectio brevis.
Tu autem Dne... Deo gr.
† Adiutorium nostrum...
Pater.
Confiteor (**semel tantum**)
**in recit. priv. et o-
missis:** Et tibi Pater
(et te Pater).
Misereátur... † Indul-
géntiam...

† Convérte nos, Deus...
† Deus, in adiutorium...
Glór. Patri... Sicut erat...
Allelúja **vel** Laus tibi...

Ant., **ut in Psalterio.**
3 Psalmi **cum** Glória
Patri...
Antiphona (**integra**).

Hymnus.
Capitulum. Deo grátias.
R. br.: In manus...
Versiculus.

Antiphona: Salva nos.
† Nunc dimíttis...
Glória Patri...
Antiphona (**integra**).

Preces, **si dicendæ sint.**

Dóminus vobiscum...
Oremus: Visita... (**longa
conclusio**).
Dóminus vobiscum...
Benedicámus Dno...
Benedicat et custódiat...
Dnus, Pater † et...
Ant. conveniens B. M. V.
Versiculus.
Oratio (**brevis concl.**).
† Divínium auxiliúm...
Pater, Ave, Credo.

